uti, sint in suis laudibus avari, sed quibus in hac re credemus, si pictoribus fides est non est adhibenda? ridiculum est rubros quaerere testes, quos non habeat, et iis non credere, qui ad manus sunt, volunt audire, et inspicere illorum calvarias, quas sciunt vetustate computruisse, nec fidem illis haberi volunt, qui viventium formam expresserunt. Quid est hoc? nisi mutorum voces in testimonium vocare, et clamantium refellere, at verò vincant hoc argumentum adversarii impudentia, concedamus quod cupit, liberalis hodie ero. quid tu dicturus es quando rubris ita innatam esse crudelitatem demonstravero, ut citius illis barbam evellas, quàm feritatis pilum abripias? mitto hic illa, quod Romani post 5000 militum caesa ad eorum demonstranda rubra chlamyde induerent, sileo quod ad bellum profecturi Imperatores rubrum paludamentum vestirent, ut irritamentum quoddam crudelitatis, quod moneret non licere militibus e bello redire, nisi prius illam crudelitatem in hostium stragibus didicissent, cuius depictum erat ruber color, praetereo elephantos hac immanitatis face perculsos in furias excandescere, hoc et leviá praetermitto, tanta enim sunt huiusmodi, ut malim aliquid meae causae detrahere, quàm singula recensere, illud verò saepissime audieritis, quando quis reus ad mortem in Gallia damnatur, nulli licet miserum caput securi percutere, aliove modo iugulare nisi rubris: id est: nulli licet esse crudeli, quem prius natura immanis istius coloris carnale, ea execrando officio destinârit ut nimirum prius carnificis colore exanimet reus, quàm ferro, addo etiam nunquam me immanis cruentam lictoris effigiem conspexisse, cui infamem hunc colorem nemo, tanquam aliquot cerastas

pictores